ſubiugabam. Non pudeſco infelicitatis mee
narrare miſeriam. quin pocius plango non
eſſe quod fuerim. Memini me clamantem
diem crebro iunxiſſe cum nocte. nec prius a
pectoris ceſſaſſe verberibus quam domino increpa
te rediret tranquillitas. Ipſam quoque cellulam
meam tanquam cogitacionum mearum conſciam
pertimeſcebam et michimet iratus et ri
gidus ſolus deſerta penetrabam. Sicubi
concaua vallium. aſpera moncium. rupium
prerupta cernebam. ibi mee oracionis locus
illic miſerrime carnis ergaſtulum. Et ut
eſt michi teſtis ipſe deus. poſt multas lacri
mas. poſt celo oculos inherentes. nonnunquam
videbar michi intereſſe agminibus angelorum
et letus gaudenſque cantabam. Poſt te in
odore vnguentorum [tuorum] curremus. Si autem hec
ſuſtinent illi qui exeſo corpore ſolis cogita
cionibus obpugnantur. Quid patitur puella
que delicijs fruitur? Nempe ſecundum illud apoſtoli
viuens mortua eſt. Si quid itaque in me
poteſt eſſe conſilij. ſi experto creditur. hoc
primum moneo. hoc obteſtor. ut ſponſa chriſti
vinum fugiat pro veneno. Hec aduerſus ado
leſcenciam prima arma ſunt demonum. Non ſic
auaricia quatit. inflat ſuperbia. delectat
ambicio. Facile alijs caremus vicijs. hic
hoſtis intus incluſus eſt. Quocunque pergamus
nobiscum portamus inimicum. Vinum adoleſcencia
duplex incendium voluptatis. Quid oleum

Margin: Hieronimus in epiſtola … [a]uedi deo qua … ad euſtochium et … s virgines capitulo … ita inquit … homunculus ſic … ſic vilis in … domini adhuc …es in corpore angelorum ſeptem choris interfui. de corporeis per ebdomadas nihil ſciens. et diuine …ſionis intuitu poſt multorum forte dierum ſpacia preſcius futurorum corpori redditus fiebam. …uid. ibi manens felicitatem habebam. Quid inenarrabilis delectationis ſenciebam neſcio …o intuitu. Teſtes ſunt et ipſi beati ſpiritus qui aderant. Teſtis eſt et conſciencia mea. qui …ntis bonis ipſe fruebar. quot et qualia neſcit perferre mollicies corporis noſtri. Hec ibi.

flamme adicimus? Quid ardenti corpuſculo
fomenta ignium miniſtramus? Paulus
ad Timotheum: Noli inquit. aquam bibere
ſed vino modico utere propter ſtomachum tuum
et frequentes tuas infirmitates. Vide quibus
cauſis vini pocio conceditur. ut ex hoc ſto
machi dolor et frequens medeatur infirmitas
Et ne nobis forſitan de egrotacionibus blan
diremur. modicum precepit eſſe ſumendum
medici potius vſus conſilio quam apoſtoli. Et
licet apoſtolus ſit medicus ſpiritualis. et Timo
theus imbecillitate ſuperatus. euangelij
predicandi non poſſet implere diſcurſus.
Alioquin ſe dixiſſe meminerat. et vinum in quo
eſt luxuria. Et bonum eſt homini vinum non
bibere et carnem non manducare. Noe
vinum bibit et inebriatus eſt rudi adhuc
ſeculo. et tunc primum plantauit vineam
vnde inebriare vinum forſitan neſciebat
Et ut intelligas ſcripture in omnibus ſacra
mentum (Margarita quippe eſt ſermo dei
et ex omni parte forari poteſt) poſt ebrietatem
nudacio femorum ſubſecuta eſt. libido iuncta
luxurie. Prius venter extenditur et ſic
cetera membra excitantur. Manducauit
enim populus et bibit et ſurrexerunt et repe
runt ludere. Loth amicus dei in monte
ſaluatus. et de tot milibus populi ſolus
iuſtus inuentus inebriatur a filiabus ſuis
Et licet magis iſte putarent genus hominum